



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

32. Super causâ Liechtensteinianâ transigit Ratisbonæ. In VWestphaliam  
revertitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1664. Senatu ita præclare aliquando, peroravit Monasteriensis, eaque consilia, viam ac modum suggestit, ut quando nuper Hungariæ finibus arma denuò Mars Turcicus inferre cœpit, hanc defuncti Herois orationem inquit, acta idcirco Ratisbonensia studiosè lustrata, iussit Cæsar, daturus eam Militiæ Ducibus, ceu exemplar, quod imitarentur. Et plures indè confirmant geminata non raro militum vota, Monasteriensem olim Principem Consultorem hodiè, Ducemque Belli comprecantur.

32. E Batavis subindè *Christophorus Bernardus* certior istam inter Remp. & *Frisones*, de tradenda arce *Dyleriana* haud cunctanter agit, ut horum conata intervertat, *Georgium Christianum* primò dehortatur; tum ipso etiam volente, annitentibus *Moguntino* & *Argentoratiensi* velut arbitris, cum Duce *Wurtembergio*, *Georgij Christiani* socero, super factâ futurâque executione transigit; nec modicam pecuniæ summam stipulatus, *Liechtensteinis* erogandam, ipse possessionem arcis sibi firmat: donec à *Frisonibus* æs restituatur. Dum præsentibus isthic Electores, Principesque postremùm convivas habet, crateres non vino tantùm, sed & centenariâ, quod isthic insolitum erat, tormentorum laxatione coronantur. Campestris eò machinas novæ artis è *Westphalia* advehicuraverat, quæ eadem faci-

Super  
lite  
Liech-  
tenstei-  
niana  
transigit  
Ratis-  
bona.

facilitate ac festinatione, quâ bombardæ, far-  
ciri poterant & exonerari, ut in prælio contra  
communem hostem nil inveniri posse expedi-  
tius comprobaret. At Vere passim decur-  
rente, ut Hungarico se itineri accingat, com-  
ponatque res suas domi, festinat tantisper in  
Westphaliam redire. Et Monasterium fe-  
liciter regressus, quanquam triennio ante, tot  
armatorum millia Ductore Luca Spico, & rever-  
tatur. anno præcedente mille ducentos, Cæsari sup-  
petias dedisset; nunc iterum tamen mille,  
veteranum profectò, exercitumque militem  
cum bellico apparatu in Hungariam præmit-  
tit, ipse brevi successurus. Nihil enim sini-  
stri suspicabatur, qui jam cum Friso super ar-  
ce Dylarianâ Ratisbonæ convenerat; nec ad-  
versi quidquam metuebat, qui conciliatis non  
tantum favoribus Principum Imperij, sed tot  
etiam sociorum viribus fulciebatur; at verò,  
nec vim ausuros eo tempore Batavorum Or-  
dines; quo Christianorum arma in Turcam  
convertebantur, nimis se præfidenter postea  
doluit arbitratum.

Nam vix posterior subsidiarius miles reli-  
ctâ Westphaliâ in Austriam antecede-  
bat, cum Batavi arma & vim parare;  
è præfidiis educi copiæ; congregari exerci-  
tus; nominari Dux, *Guilielmus Fridericus*  
*Nassovia Princeps, Frisia Gubernator.* Cen-  
turæ erant peditem nonaginta, equitum vi-  
ginti.

1664.

In West-  
phaliam  
reverti-  
tur.Novum  
in Hun-  
gariam  
militem  
præmit-  
tit.

33.

Batavi  
Castello  
Dylaria-  
no vim  
parant.